

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Vaticinia,|| Siue|| Prophetiæ|| Abbatis|| Ioachimi,|| &||  
Anselmi Episcopi|| Marsicani,||**

**Joachim <von Fiore>**

**Venetiis, 1589**

Ill. ac rever. in christo patri D. Francisco Cornelio episcopo Tarvisino d. et  
patrono svo longe colendissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-248994](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248994)



MO **ILL. AC REVER.** MO

**IN CHRISTO PATRI**

**D. FRANCISCO CORNELIO**

**EPISCOPO TARVISINO**

**D. ET PATRONO SVO LONGE**

**COLENDISSIMO.**



*A est humani ingenij propensio Amplissime, & Nobilissime Antistes, ut maiori voluptate in difficili rerum curiosarum inuestigatione capiatur; quam in solida cognitione, & utili rerum, quæ facili ratione apprehendi, haberi, & sciri possunt. Obuia ei est perspicuitas sese offerentium rerum, cognoscitq; admodum utilem intellectui esse, & ma-*

a 2 ximo

ximo emolumento actionum suarum promo-  
ueri: tamen curiositate illectum ad ea tantum  
anhelat, quæ intellectus, vel numquam, vel dif-  
ficulter, vel grauibus erroribus seipsum inuol-  
uens adipiscitur. Hinc oriuntur (contemptis  
naturalis, & scripti, diuini, & humani iuris  
præceptis) labores irruiti in effectibus à vero ab-  
horrentibus, et in operationibus vetitis sequen-  
dis, veritatis semina sibi insita, & mandata  
diuinitus instituta, & tradita resurgens, &  
negligens, quæ ad propriam conseruationem,  
& ad ueram notitiam illud euocant. Ex eo fon-  
te riuus fluxere tam diligentis speculationis cæ-  
lestium motuum, tam solertis præuisionis futu-  
rorum temporum, tam pertinacis, & teme-  
rariæ professionis ortus, & obitus quorumcun-  
que syderum. Atque ut aliis feramur, hinc  
originem traxere uisiones uatum, interpreta-  
tiones somniantium, tot inanes artes numero-  
rum, calculorum, linearum, obseruationum  
cælestium, ignearum, aerearum, aquearum, ter-  
restrium, Oracula Sybillarum, prædictiones

Prophe-

Prophetarum. Quæ (reiectis cæteris inanibus,  
& superstitiosis futurorum inquirendorum ge-  
neribus) apud omnes ueneratione dignæ habende  
sunt, cum nulla alia re media à diuino nu-  
mine proueniant, & diuiniore, nobiliorique in  
nobis existenti parti inhereant. Quemadmo-  
dumq; illi audiendi non sunt, qui dicunt, ho-  
mines ingeniosos, & sanæ mentis nulla ratione  
eius vacare debere: sic impij censendi, qui has  
aspèrari audent. Nam si nos tanti facimus  
corporis externas actiones, quanti æstimanda  
interna mentis, quæ (ut sapiens ille Hebræus  
aiebat) similis igni semper ascendit, & ad al-  
tiora tendit, memor suæ prioris originis initium  
summentis ab afflatu, & spiratione Maximi re-  
rum omnium parentis Dei. Qui tunc eos sibi ca-  
riores demonstrat, quos uult, efficitq; ut suo splen-  
dore, & lumine rutili cognoscant aliquam illo-  
rum partem, quæ omni prouidentia suæ nota,  
& patentia existunt. In quorum numero quot  
suerint, sacras librorum utriusque testamenti  
paginas intuentes consequi exiguo, & pradul-

Rabbi Io-  
seph Hi-  
spanus in  
libro Hor-  
ti Nucis.

ci la-

ci labore queunt. Verum prater eos, qui illis de-  
prehenduntur, complures fuere, quorum histori-  
ci, & scriptores prischorū, & nostrorum tempo-  
rum in suis scriptis meminere. Inter hos inquire-  
re quanti nominis Abbas Ioachim presentium  
Vaticiniorum Auctor fuerit, nec huius loci est,  
nec huius tractationis. Hoc vnum dicam, ho-  
minem hunc occasionem mortalibus omnibus  
prabuisset, cur attentiores, & circumspectiores  
circa futura tempora fierent. Cum norint cun-  
cti, quicquid in suis obscuris dictis Abbas inuol-  
uit, euentus suos ad unguem sortitum fuisse.  
Idq; in causa fuit, quod, Deo, & hominibus  
inuisus quidam Hæreticus imagines corrump-  
pens, & verba suorum dictorum inuertens,  
plures seducere, & decipere tentarit. Cui, licet  
alij responderint: tamen nos quoq; hoc tenui la-  
bore resistere volumus, eius in imaginibus fal-  
sitate, in verbis mendacia, & in expositioni-  
bus calumnias detegentes. At ne noster hic la-  
bor absq; illustri nomine fronti affixo in manus  
hominum perueniret, te eligendum duxi Illu-  
strissime

strisſime, idemq; Optime Antistes, qui virtute,  
ſapientia, auctoritate protector, Achilleusq;  
Clypeus mihi ſis. Nec mea ſententia melio-  
rem, fortioremque eo eligere poteram, qui in  
præclarisſimo fortuna ſtatu admirabilium ope-  
rum es effector. Vereq; à Græco Antiphane  
ſcriptum videtur.

Πλούτος δὲ βασιανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπων

Sunt morum hominis opes peracres indices.

Itaque ad te conſugi, tibi dico, & in tuam  
tutelam, me, & illa conſero, certus ea à ca-  
num latratibus, & à maleuolorum obtrecta-  
tionibus te defendente, ſouenteque tuta fore.

D. N. Jeſus Chriſtus in ſua Eccleſia omnes  
conatus, & deſideria Illuſtriſſ. & Reuerendiſ-  
ſimæ Amplitudinis tuæ ſpiritu ſuo ſecundet,  
atque augeat. Vale Venetijs x. Kal. Nouemb.


Tuæ Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Amplit.

Addictiſſimus

Pafchalimus Regiſelmus.

Antipha-  
nes apud  
Stobæum.

Rota à Pio Quarto (ut aiunt) in Solis, et Lunæ  
 imaginibus incipiens, et futura de Pontificibus  
 prædicens.



Ruota che da Pio Quarto (come dicono) nelle  
 imagini del Sole, et della Luna incomincia, et pre-  
 dice i successi de' futuri Pontefici.